

The Liber Pharetrae Project

Liber 3: De periculosis Caput 1: De voluntate (1a)

(Gregorius, in *Moralibus*, super illud
*Job: Involute sunt semitae gressuum
eorum*, etc.) Et infra:

Bona quidem cupiunt,
sed a malis nunquam recedunt.
Esse quidem humiles, sed sine
despectu; esse contenti propriis,
sed sine necessitate;
pauperes esse volunt, sed sine defectu;
esse casti, sed sine maceratione corporis;
esse patientes, sed sine
contumeliis volunt. Cumque
adipisci quaerunt virtutes, sed labores
virtutum fugiunt, quid aliud, quam
et belli certamina in campo nesciunt,
et triumphare in urbibus
de bello concupiscunt?

Bene ergo de reprobis dicitur: *Involutae
sunt semitae gressuum eorum*, quia recta
quidem deliberando appetunt, sed ad
consueta semper mala replicantur;
et quasi extra se tensi, ad semetipsos
per circuitum redeunt qui
bona quidem cupiunt,
sed a malis numquam recedunt.
Esse quippe humiles sed tamen sine
despectu; esse contenti propriis
sed sine necessitate;

esse casti sed sine maceratione corporis;
esse patientes sed sine
contumeliis uolunt; cumque
adipisci uirtutes quaerunt sed labores
uirtutum fugiunt, quid aliud quam
et belli certamina in campo nesciunt,
et triumphare in urbibus
de bello concupiscunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 7.28
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.358,
ll.43-54).